



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Ioviani Pontani. De Aspiratione Libri duo. Charon
Dialogus. Antonivs Dialogus. Activs Dialogus. Aegidivs
Dialogus. Asinvs Dialogus. De Sermone Libri Sex. Belli,
Qvod Ferdinandvs Senior ...**

Pontano, Giovanni Giovano

Venetiis, 1519

De Dissimulatoribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12960

insidiosisq; consilijs. Cæsar cum in Africam uenisset, dicitur cunctatior factus ad conferendas manus propter dolos Afrorum hominum. Itaq; simulatio rerū, uerborumq; atq; consiliorum in omni artium genere, ac negotiorū, facultatumq; præcipue regnat, quasi non etiam in disciplinis, quod sophismata ipsa docent, ut iam ueritas non in abdito, atq; in puteo delitescat, ut Democritus dictitabat, uerū sophistarum laqueis præpedita, ac fallacijs prodire in lucem, atq; in libertatem nequeat. Iā uero pontificum, regum, dominorū, ac principū hominum aulæ ac domus (utq; hodie dicuntur) curiæ simulationibus ac fallacijs, mendacissimisq; susurrationibus, ysdemq; nocentissimis infecte sunt, ut uideatur ueritas ab illorum regijs exterminata, neq; bonus quisquā habeatur curialis atq; aulicus, nisi q et mētri admodū, et pro loco ac tēpore uulū fingere, ac lenocinari scierit. Quo effectū est, ut quæ maximorū uirorū domus est, sit eadē simulationis, ac mēdacijs.

De Dissimulatores.

Dissimulatores studiū longe ab his diuersum est, moresq; item alij. Hi enim quæ insunt, quæq; dicta, aut facta sunt, aut parte ex omni insiciantur, aut de yis multum detrahunt, deq; uero quantum possunt, deducunt. Itaq; quam illi dant operam, ut ueris ficta affingant ac falsa, tam hi ex aduerso in id intendunt, ut uel prorsus abnegent quæ uera sunt, quod dissimulatores est proprium, aut uehementius immuta ut eleuent. Nesciam tamen quomodo se penumero qui dissimulatores est, sit item diuersa tamen ratione simulator. Nam & Iunius Brutus sapientiam dissimulauit, & cum minime esset stultus eum se se gessit, moresq; eos induit, ut Brutus a' auibus uocaretur. Proindeq; idem hic & simulator dici, & dissimulatores potest. Illud tamen interest, qd hic insiciatur, ille affingit. Sunt igitur dissimulatores quidem huiusmodi. Alexander postquam ab Hammone redijt, Iouis se se esse filiū uoluit. quid hac ostentatione insolentius? Sappio cum audiret Iouis quoq; se & haberi, & dici filiū, yis dictis aures ea cum modestia adhibere est solitus, ut insiciari id nullo modo uideri aut posset, aut uellet. Audio de maioribus natu sacerdotes quosdam, quiq; ab ordine Fratres dicuntur, quiq; post obitum inter sanctos relati fuere decreto Romanorum Pontificum, cum uiuerent, interrogatos an uera essent quæ de ipsis ferrentur miracula, solitos respondere, deum esse qui & ipse miracula faceret, et bonis uiris eorūde faciēdorū uim infunderet. Quæ cū modestia quædā potius q insiciatio dici possit, uidetur dissimulatio nis quædam species, ad uirtutem tamen referenda, cum modestia sit,

DE SERMONE

civilisq; cuiusdam siue urbanitatis, siue tractabilitatis plena, qua Socratem præcipue fuisse usum legimus. Quæ è re eiusmodi homines à maioribus nostris dicti sunt Ironici, effectumq; est, ut Ironia species quædam sit uirtutis, de qua post dicemus.

Dissimulatum plura esse genera.

Sunt autem dissimulatum genera quædam, eaq; perniciosissima in ciuitatibus, ac populis. Cum alios uideas, qui sub liberalitatis speciem ipsi quidè sint largitiosi, hacq; ratione studeant clientelis, quibus ciues alios opprimant, seq; efficiant quàm potentissimos, Alios qui dum publica negotia, resq; ciuitatis maxime difficiles, atq; erumnosas diligentissime pariter, ac fortissime obeunt, maximisq; pro patria sese obiectant periculis, clam regno studeant, Illos, qui suscipiendis miserorum patrocinijs, ac popularium causis, factionibus clanculum dent operã, Hos eroganda inter pauperrimos atq; egentissimos quosdam sipe, quo sub specie minutissimæ, ac uulgatissimæ erogationis, fœnus occultant, ac ciues, aduenas, peregrinos clam exærnificent. Differentem Mediolani de religione, deq; hominum moribus Bernardinum, quem merita ipsa inter diuos retulerunt, adhibat sæpius, hortabaturq; mercator quidam, ut multus esset in abominando fœnore, laborare enim urbem ipsa nimio plus eo morbo. Itaq; dū Bernardinus mores, uitamq; exquirat hominis, comperit perditissimum eum esse fœnatorum omnium, illudq; agere, quo cæteris deterritis, liberior ipsi uni fœnerandi relinqueretur prouincia. Horum igitur omnium perinde ut turpe est admodum, ac perniciosum urbibus genus, sic etiam multiplex est, ac diuersum. Videre etiam licet (ut inquit Cicero) plerosq; non tam natura liberales, quàm quadam gloria ductos, ut benefice uideantur face re multa, quæ proficisci ab ostentatione magisquam à uoluntate uideantur. Talis autem simulatio uanitati coniunctior, quàm aut liberalitati, aut honestati. Quod idem dicere de ijs liceat, qui appetitum uoluptatis occultant, honorumq; dissimulant cupiditatem, quippe qui ostentatores uideantur, magisquam temperati, ac continentes. Cognitum ipsi habemus hominem Iurisconsultum, iure iniuriãq; corradentem uindictaq; summaq; pressum auaritia, deq; deo ac religione Christiana male omnino qui sentiat, diebus tamen ferè singulis, siue pro templo, siue pro domus suæ foribus manere, mendicantibus cõ pluribus de manu numulum singulatim præbere, quæ ratione, et auaritiã celet, et animum à religione prorsus alienum. Quæ cogitatione, ac factio quid perditius